

N O S C A R O L V S S E X T V S

DE **G**ratia **E**lectus **R**omanozum **I**mperator **S**emper **A**ugustus, ac **G**ermaniae, **H**ispaniarum, **H**ungariae, **B**ohemiae, **D**almatiae, **C**roaciae, **S**clavoniae, **R**amiae, **S**erviae, **G**allitiae, **L**odomoniae, **C**umaniae, **B**ulgariaeque Rex, **A**rchi-Dux **A**ustriae, **D**ux **B**urgundiae, **B**rabantiae, **S**yriae, **C**arinthiae, **C**arnioliae, **L**uxemburgi, **W**ierthembergae, & **T**hecae, superioris ac inferioris **S**ilesiae, **P**rin-
ceps **S**veviae, **M**archio **M**oraviae, **C**omes **H**abspurgi, **A**vrolis, **F**erretis, **R**yburgi, & **G**oritia. **E**t. **M**EMORIA commendamus tenore praesentium significantes, quibus
expedit universis. Quod **N**OS cum ad demissam Fidelium nostrorum Prudentium ac Circumspectorum **S**enatus & **C**ommunitatis Liberae ac Regiae **C**ivitatis nostrae
BUDENSIS supplicationem, nostrae propterea sacrae Majestati, tum vero procurandi ipsius Civitatis majoris Commodi, & Utilitatis intuitu clementer moti, &
ex eo inducti, quod niquidem Cui ex humillima memorati Magistratus Budensis Representatione benigne informaremur, non deerent nonnulli, qui Vina sua ex
tra Territorium praefatae Civitatis, in alijs Circumvicinis Promontorijs procreata, loco & sub specie veri ac genuini Vini Budensis divendere soleant, ac per hoc Vina
Budensia, alia non tantum in antelato Regno nostro Hungariae longe lateque distrabi, verum etiam ad Exteras Provincias, Ditionesque nostras haereditarias passim
evahi solita, in dies magis magisque vilescere faciant, Quaeitores etiam & Emptores taliter defraudent, Ipsos vero Venditores praelibatos nempè Cives & Incolas
Budenses, alioquin praecipuum vivendi, & Publica Onera solvendi Medium & adminiculum, ex talismodi Vini divenditione & pretio sibi met prosperantes, notabiliter
damnificent. **V**OLENTEs itaque tam Emptorum securitati & indemnitati, quam Venditorum Emolumento, circa praetatorum Budensium Vinorum distractio-
nem benigne prospicere, Id ex Benignitate nostra Caesareo-Regia, praelibatae Civitatis nostrae **B**UDENSIS Magistratui & **C**ommunitati ad demissam illorum
Instantiam clementer indulgimus & concedimus, quatenus idem a modo impetratum perpetuis semper temporibus Vasa Budensis Vini boni, prius circa qualitatem
per Emptorem etiam probati, Stigmate quodam inurendo, medio Juratorum & gremio sui cunctis Deputatorum Stigmate possint ac valeant, Imò indulgemus & concedi-
mus, Salvò tamen iure alienò. Harum nozarum Secretò Sigillò nostro, quò ut **R**EX Hungariae utimur impressivè communitarium vigore & Testimoniò Litera-
rum. **D**ATUM per manus Fidelis nostri Nobis dilecti Reverendi **A**dami **A**csady de Eadem, Episcopi **W**espremiensis, Locique & Comitatus ejusdem nominis **S**u-
premi ac Perpetui Comitis, **A**bbatis **S**ancti **M**artini de **V**aska, **C**onsiliarij nostri, & per dictum Regnum nostrum **H**ungariae **A**ulae nostrae **C**ancellarij, in **A**rchidu-
cali **C**ivitate nostra **V**ienna **A**ustriae, die vigesima octava Mensis **N**ovembrii, Anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo sexto, Regnorum nostrorum
Romani decimo sexto, **H**ispaniarum vigesimo quarto, **H**UNGARIAE vero, **B**ohemiae, & **R**eliquorum **A**NYO similiter decimo sexto.



*Adamas Acsady,
Eppus Vesprensis
Petrus Veq...*